

quodvis donum praemium a me optato : id optatum auferes.

GN. itane? *TH.* sic erit. *GN.* si efficio hoc, postulo ut
mihi tua domus

te praesente absente pateat, invocato ut sit locus

1060 semper. *TH.* do fidem futurum. *GN.* adcingar. *PH.* 30
quē ego hic audio?

o Thraso. *TH.* salvete. *PH.* tu fortasse quae facta hic
sient

nescis. *TH.* sciō. *PH.* quor te ergo in his ego conspicio
regionibus?

TH. vobis fretu'. *PH.* scin quam fretu'? miles, edico tibi,
si te in platea offendero hac post umquam, quod dicas mihi
1065 "alium quaerebam, iter hac habui": periisti. *GN.* heia 35
haud sic decet.

PH. dictumst. *TH.* non cognosco vostrum tam super-
bum . . . *PH.* sic ago.

GN. prius audite paucis : quod quom dixero, si placuerit,
facitote. *CH.* audiamu'. *GN.* tu concede paullum istuc,
Thraso.

principio ego vos ambos credere hoc mihi vehementer
velim,

1070 mē hūiu' quidquid facio id facere maxume causa mea ; 40
verum sī idem vobis prodest, vos non facere inscitiast.

PH. quid id est? *GN.* militem rivalem ego recipiundum
censeo. *PH.* hem